



COMPENDIUM HISTORIAE SACRAE

Novi Testamenti.

Anno
M.
3970.
Chri-
sti I.

ITa habet Ecclesia *Veteris Testa-
menti*, sequitur nunc Ecclesia
Novi Testamenti, post *Christum*
Messiam ac Servatorem Mundi
in carne exhibitum, ministerio Evan-
gelii ex Judæis & Gentibus collecta.
Cujus primò *fundatio*, deinde *propa-
gatio* consideranda est.

Fundationem appellamus funda-
mentum doctrinæ Evangelicæ po-
situm ab iis, qui Christum exhibi-
tum primi prædicârunt, & Ecclesias
Christianas in Judæis & Gentibus
primi plantârunt. Eaque non si-
mul, sed successivè peracta est à *Jo-
hanne Baptista*, ipso *Christo*, & *Aposto-
lis* ejus.

Johannes Baptista juxta prædictionem
Angeli Gabrielis, Patre *Zacharia* Sacerdo-
te, matre sterili & effœta *Elisabetha* natus
est. In quo motus insignes Spiritûs San-
cti inde ab utero observati sunt, & cum æ-
tate aucti. Orsus ministerium dicendi, in
deserto prædicavit *Baptismum resipiscentiæ*

iq